





habet III 3996

COLOSSUS ANAGRAMMATICUS,

quem ex immortalibus nominibus,

VIRI

ILLUSTRIS, MAGNIFICI, AMPLISSIMI, EXCEL-  
LENTISSIMI & EXPERIENTISSIMI

DN.

GEORGII VVOLFF-  
GANGI VVEDELII

Med. Doct. famigeratissimi, Comitis Palatini Cæsarei,

*Nunc vero denuò quintò*

RECTORIS MAGNIFICI &c. &c.

*Nec non*

VIRORUM

SUMME REVERENDORUM, MAGNIFICORUM,

DNN. PP. PP. O. O. H.

*Mecænatum, Patronorum, Præceptorum,*

*& Promotorum suorum studiorum, omni obser-*

*vantia pietatisque cultu atatè*

*de venerandorum.*

Seræ transmissurus posteritati,

*Anno MDC XCVI. die VI. August.*

*erigere voluit debuitque*

SAMUEL CORYLI, Thurocio-Hung.

SS. Theol. Stud.

JENÆ, Typis PAULI EHRICHII.



ILLUSTRIS AC MAGNIFICE  
**DOMINE RECTOR,**  
 ACADEMIÆ PATRES CONSCRIPTI &c.



*Tatum Ecclesie militantis secum considerans S. Augustinus (in comment. sup. Psal. 39.) scribit, persecutionem sive à Leone, sive à Dracone nunquam ecclesie cessare. Quod quam, proh dolor! vere ac ex tripode dictum sit, nemo non, nisi fungum pro cerebro gerat, asseverabit. Enimvero, ut Christus inter latrones medius crucifigebatur; ita ecclesia vera inter hereticos & tyrannos media suspirat, ingemiscit & plangit miserrimum in modum flagellata. Nimirum insidie struuntur ei à falsis fratribus, heretici eam inficiunt erroribus, variis persecutionibus hinc inde jaectatur à Tyrannis & manifestis hostibus. Hec à veritate non abluere, tristissima tristissima Evangelico-Lutherana Ecclesie facies passim confirmabit. O felicem proinde Jenam ter & amplius! cui etsi Leones cum Draconibus infernalibus, Tyranni cum falsis fratribus, insidias fortassis occulte struere, eamque immane quantum premere student; destruere tamen atque opprimere valebunt nunquam; Feliciorum! dum inter tot furentis bellonæ mundi, tempestates ac procellas, alcyonia habere; Felicissimam! quum gaudia sua, spiritualia juxta ac secularia toti literatiori orbi patefacere, queat! Ex minimis sane non est, Semestris hæc solennitas Academica, quæ sceptrum cum regimine academico VIRO Illustri, Magnifico, Amplissimo, Excellentissimo atque Experientissimo; D.N. GEORGIO WOLFFGANGO WEDELIO, summo omnium cum tripudio traduntur. Supremus Rector & summus immensa hujus Universitatis Gubernator, hanc, & id genus felicitatem Jenæ perpetuam esse velit! Bæc sempiterna prosperitate Regentem & imperantem, nec minori imperium capeffentes! Instillet his Spiritum obsequii, tranquillitatis, pietatis ac virtutum omnium, ut Ille, cum omnibus Academia Patribus conscriptis, sincerum pietatis seminarium, ex animi sententia gubernare possint. Ita corde precatur*

AUCTOR.



I.

Georgius Wolfgangus Wedelius,  
Jenensis Academiae Rector.

Αναγκαστικῶς.

*Languido vigore vulgus, faceffitus curas: ideone  
gemere? ne ai. περιφρατικῶς:*

**T**Res facies affert Medicus sub languida tecta:  
Angelus est primum, dum pharmaca grata gementi  
Sub cruce morborum tradit, languentia membra  
Curaturus; Homo, est curans; fit denique Dæmon,  
Præmia digna petens curarum rite suarum.  
Tu tamen alme Patrone bonis is semper es idem,  
Pœonio curans medicamine proxima letho.  
Artis Apollineæ. Tractatus mille docebunt,  
Gnarum, quantus eras, quantusque sub Axe virescas  
Hippocrates noster: merito! sua præmia quemque,  
Rite manent. Et nonne *faceffitus bene curas*  
*Languido, iners vulgus* quâ membra, *vigore molesta?*  
*Ast ideone velis gemere* hæc tristissima corda,  
Quæ febres intemperie sibi conciliando

) 2

Affixi

Affixi stratis præsentia pharmaca poscunt?  
*Ne, rogo, ai: salvam non curo corda diatam  
Annihilantia; sed purgabis vulnera lymphis,  
Mulcebis succis, morbos medicamine pellens.*

II.

Nicolaus Christophorus Lynker,  
Juris utriusq; Doctor, & Facultatis Juridicæ  
Præses. *avazg.*

*illi Christus præsens occupans rorè: Jura sua dicit  
facile, doctè, justè; utri troquis? ruo.*

Qvisquis ait: Lyncker lugubria tecta gemiscunt,  
Is fallitur; depicta comparendo  
Gaudia grata canunt Summo super Axe regenti  
A seculis per omne seculumque  
Singula, quæ cælum, mundum, mare cunctaque complent.  
Cur metra grata numini supremo  
Psallunt Lynckeri squalentia tecta? corusca  
Afflictione Numen hunc salutat.  
Gaudia quin miscet lacrymis, ac prospera duris;  
Angusta, mox angusta multa cernent.  
*Nam præsens illi Christus, bene singula vertet.*  
Ut nubilum sit jubilum Patrono.  
*Rorè suo dulci, nimirum Flamine, verbo  
Ac rebus almis occupans beabit.*  
Occupat hunc Christus? mundus, caro, nec draco dirus,  
Nec formidabiles averni sedes,  
Nec quicquam superare potest; sed ab hoste redibit  
Cinctus tropæis, faustus alma dicet  
Carmina supremo gratanti pectore: sicque  
Per omne seculum vicens virebit.

*Hic*

*Hic facile, & docte, juste dicit sua jura,*  
Hic asserit, si jure quis maligno  
*Irruit* in quenquam (*torquis* cui sit, vel id omne  
Genus, quod ad jus pertinet?) decenter.

III.

Fridemannus Bechmannus

Theologiæ Doctor: ἀναγρ.

*Hic Angelus mnam refert; ito bona docendo.*

**Q** Visque brabæa cupit; laurum sed non capit omnis:  
Sic quoque *mnam* dignam non bene quisq; refert.

*Angelus* hicce refert dignam *mnam*, nam vice sena  
Jenensis Pindi splendida scepra tulit.

Nempe *docendo bona*, ac quoque vita sub Axe modesta  
Laudibus innumeris vult redimire virum.

Quo pede cœpisti, venerande Vir, *ito* per ampla,  
Commoda dans mundo, secula prosper, ovans!

IV.

Valentinus Velthemius,

Theologiæ Doctor: ἀναγρ.

*Legis doctrina vis, lumen & tutela: ob ovo!*

**A**strorum Dominus, soli, salique  
Sanctus, terrigenis malis amœnas

Leges exhibuit datasque semper  
Tuetur valida manu. *Ob* sed ecce!

Genus Adamigenûm velox ad atrum

Crimen fecit, ut hæc DEI sit alma

Lex munita viris in orbe doctis.

Hinc *tutela* potens, valens *VALENTIN*'

*VELTHEMI*, & nitidum (negat quis?) almæ

Legis *lumen* es. Hinc *ovo* canoque

Tri-

Trino Trifagium calente corde.  
Addo: Vive DEO Tibique felix!

V.

Philippus Mullerus

Theologiæ Doctor ἀναγε.

*Ob Leo, arctor? hoi sum pupillus DEI: piget.*

**O** Leo, tetrum baratrum guberneas,  
Aëris, mundi, dominator ingens,  
Qui freto vasto dominaris, implens  
Singula fraude.

Quid putas stultè, mala dum premunt me,  
Dum malis arctor nimium caducis?  
Ast premar, non opprimar inde perpes;  
Quin ero perpes.

*Hoi pupillus sum lacrymans DEI! Sed*  
Quid? DEI? mundo misero pupillus  
Sum, carens mundi patribus; Polus at  
Patria certa.

Non piget mundi mala tanta inique  
Perpeti; verum secet hic & uret  
Ter Sacrum numen, modo parcat atra  
Crimina tandem

Cum scelus mundi scelerati ad æquam  
Pensitaturus fuerit bilancem,  
Cum capros foedos, ovibus ab almis  
Mittet ad orcum

VI.

Johannes Philippus Slevogtius,

J. U. D. ἀναγε.

*Apte suspicio, non ies pugillus.*

**A**pte suspicio, gravis  
Mecoenas atavis edite Patribus;

Te



Te 'digne veneror virum  
Integræ Themidos justitiæ quoque  
Doctorem nitidum : doces:  
Promte cuique suum reddere. *Non ies*  
Contra instructa dolis probra,  
Ceu mucrone pugillus titubans, carens:  
Namque Astræa potens sacris  
Donis justitiæ muniit optimè  
Te, *Philippe Slevogt*, decus  
Immortale Salæ fulcraque fulgida.

VII.

Christianus Wildvogel,

J. U. D. *ἀναγ.*

*Tu usu arguendo illicis.*

JAmque Tuas laudes, venerande Patrone, cogitarem  
Deprædicare toto in orbe claras:  
Scilicet ingenium doctrinaque rara, clara, summa,  
Animos trahit Juvenum, vir, ut colaris  
*Illicis* ingenuos ad Te; licet *arguendo* probra,  
Scelus fuget Te murmurando torve:  
Sed tamen hæc veniunt *usu, bona facta semper atros*  
*Præsentiant dentes mali Theonis.*  
Lampada sic doctis trado, metra docta, culta, digna  
Doctore tanto dent: tener filebo.

VIII.

Wilhelm Hieronymus Brückner,

J. U. D. *ἀναγ.*

*Ores! huc veni in belli murmur!*

O fata! fata fragilis fugacisque  
Mortalis! ô dubia fata cujusvis viri!

in

In orbe quisquis nascitur mortalium,  
Hic angitur, malis prementibus bonos,  
Malisque succedentibus bonis. Quid est,  
Cur impii vireant, floreat, velut  
Olympiaca palma, vel pieria  
Laurus, virentia folia & ramos novos  
Spargunt in omnes orbis auras, climata?  
Ac cur piorum corda mole faxea  
Graventur, & premantur à cunctis malis?  
Ores! & ipse cogor hæc pati mala!  
Cum lacte matris hæc venena lacrymans  
Potare coger: *Huc veni* renascier  
Volens lavacro; mortuum mundus jubet  
Fieri. Proinde, veni, natus, haud vicens  
Ut floream; sed ut sim mortuus malo  
Orbi: nec ut quietem; murmur horridum  
Belli furentis patiar: *in belli* grave  
*Murmur* venire jussus; opto, prosperam  
Quiem laboribus meis donet Polus!

IX.

Adrianus Bejerus,

J. U. D. *ἀναγρ.*

*Rabidis enarvas.*

**M**agnus Theologus *Bajer*, ad extimos  
Fines Oceani, quaque patet teres  
Orbis, magnus ubique

Nunc vivit bene mortuus.

Et Tu *Beier* eris clarus in extimis

Mundi partibus, hoc dogma Tuum probat,

Testan-

Testantur monumenta,  
Quæ passim data sunt, Tua;  
Ut mulcent animos scripta bonos Tua;  
Sic vires *rabidis*, vera docens, viris  
*Enervas*. Igitur, quo  
Cœpisti, i, pede, currere!

X.

Johannes Bernhardus Frieſe,

J. U. D. ἀναγε.

*Hei! non herba; nardus es: i, fers.*

**H**ei mihi, mi Patrone,  
Quid putas, oro, leve gramen, redolens vel herba es?  
Crede, velim, sub Axe  
Splendido *non es*, nec eris secula per Sybillæ.  
Maxime *Frise* tandem  
Dic tuam mentem, quid eris? *nardus* olens Eoa.  
Nardus olens Eoa!  
I, precor, fer commoda mundo spatioſo amœna;  
Jam quoque ſat dedeſti  
Commodi doctis pariter non literatis, ac *fers!*

XI.

Rudolfus Guilielmus Crauſius,

Med. D. ἀναγε.

*Gravis, mellifluus, curo uſui.*

**L**audabunt alii Pœonios ſuos,  
Laudent Phœbigenam Pergamei ſuum,

( )

Extol-

Extollant Medicos undique maximos;  
*Craus* mi *mellifluus*, *gravis*.  
 Artes Pœonias hic tenet optime,  
 Herbarumque sciens, arte levat probe  
 Febres cum podagra, quin phrenesin malam,  
 Et quicquid generis mali est.  
 Chirones alii saepe malum malis  
 Augendo, (alba quibus sunt nigra vel rubra:  
 Febris, colica fit, colica fit febris)  
 Mandant: sana Charon vehat.  
 Noster *Crausius* at dicere rite quit:  
 Quicquid membra juvat languida, morbida,  
 Id *curo* vigilans, dispicio probe  
 Quicquid convenit *usui*.

XII.

**Johannes Hadrianus Slevogtius,**  
 Med. D. *ἀναγρ.*

*Annon es Sol? Jebu gaudia struis.*

**Q**uis est *Slevogtius* minor Salanus? est  
 Podalirio scientior.  
 Quis est *Slevogtius* Salanus? est Sagax,  
 Sagacior Galenoque.  
 Quis est *Slevogtius* Salanus? est gravis,  
 Hoc Æsculapius minor.  
*Annon es aureus*, velut coruscans *Sol*  
 Inter minor Sidera?  
 Radiis benignitatis omnium pia  
 Pectora calefacis, pellicis.  
 Tu *gaudia struis* morbidis *Jebu* nova  
 Mortalibusque singulis.

Cym-

Cymbam Charontis præstolantibus trucem,  
Lethumque lætum aut anxium  
Salubrem dans medelam, pharmacum potens  
Lethalibus paroxifinis.

XIII.

Erhardus Weigelius,  
Mathem. P. P. ἀναγρ.

*Levis gradu eris: heu!*

**F**idos ministros altifoni Jovis,  
Reges volucrum nubivagos, citos,  
Omnes volucres tu volatu  
Astronomo superare tendis.  
Quin jam supremi pegmata Olympica  
Coeli pererras, adspiciens mirum  
Cursum planetæ siderumque,  
Quæ variis gradibus recurrunt.  
Hinc quam *levis* sis passibus ac *gradu*,  
Orbes docebunt centuplices Poli  
Scite reperti, quin Vienna, &  
Clymata cuncta docent probatque  
*Heu* quis supremos tam bene discutit  
Axes Polorum, ceu Astronomus gravis  
Jenensis, amplum lumen orbis,  
Ingenio genioque clarum?  
Ergo vigebis delictum Salæ!  
Ergo valebis divitiæ sacri  
Pindi perennes, ac eris mi  
Magnus ubique Patrone magne!

) 2

XIV.

XIV.

Caspar Posner,

Phys. P. P. ἀναγε.

*An pars, pes? cor?*

O Decus! Jenensium  
Sororumque ave, vale per annos  
Nestoris ter amplius!

Plato sacri chori Salani,  
Stagirita Zenoque,  
Physin diu virens propina.

Fac juvena doctior  
Nitore clareat Solumque

Orbis hujus impleat  
Per æva Te manu ducente.

*Truditur dies die  
Novaque pergunt interire Luna:*

Tu virebis in secla  
Physin piam docens juventam.

Nam doces, quid hæc fiet  
Vel illa *pars* in omni; an alium

*Cor*, amoris ac omnis  
Origo, vita nuni salutem

Hinc habet? *pes* ac manus  
Caputque? quin quid ampla terra?

Quid Polus? Salumve sint?  
Planeta quid? quid astra? monstrans.

O Apollo Cynthie,  
Decus Jenense, vive felix!

XV.

Carolus Caffa,

Lingg. Ital. & Gal. P. P. ἀναγε.

*Cur Sol à Caffa?*

Mihi

**M**ihi solvet quis hinc ænigma facetum:  
Niteat *cur* rutilans *Sol* decus amplum  
Teretis mundi, & amœnos radios Cassa domus dat?  
Italus Gallica noscens, bonus, atque  
Gravis in Theiologia Vir ubiq; est.  
Sacra Clio ac Erato Terpsichore cum Polymnia,  
Et Apollo sacer almi chori amant hunc  
Renitentem, referentem, profitentem  
Italorum variorum monumentum per amœnum.

XVI.

**Georgius Schubartus,**

Hist. & Eloq. P. P. ἀναγε.

*Huc suggeris arbusculo.*

**A**rbuscum nitidum, fructiferum Jena tenet sacrum:  
Est sacrata cohors Aonii & pierii chori,  
Ac dicata sacro perpetuò pectora Numini.  
Hinc *Schubarte* gravis (quin & Apollo sacer omnis est)  
Attentus, fugiens segnitiam pectore, vinitor  
Es Jenæ, tenerum, fructiferum seduliter facis  
Arbuscum, sterile & triste solum vomere Apollinis  
Perpurgans, steriles ac rigidas funditus eruis  
Lappas & lolium, gramina silvestria, cespites,  
*Arbusculoque* Tuo, quique potes, commoda *suggeris*,  
Ut foecunda fluant musta, merum corda levans Patrum.  
*Huc huc* ô Juvenes, grata DEO pectora, currite,  
Sincerae Latiae, Juridicæ ac Historicæ piæ  
Doctrinae cupidi, mente pia: Messis hic optima!

## XVII.

Johannes Paulus Hebenstreitius,  
Moral. P. P. ἀναγρ.

*En Jenensis Plato hujus rus beat!*

**A** Nnon suo quondam Platone maximo  
Discipuli nitidi superbiebant maximè?

*Jenensis en alter Plato suos beat*

Dogmate perspicuo, gravi, probo, docto quoque!  
Quis non superbit, cujus ante pectora  
Hispidam & instar agri rigentis inculta, arida,  
Fœcundiora ac messibus feracibus

Prædita, si reperant Lares avitos svaviter?

Annon & *Hebenstreit* Jenensis aridum,

Molleque, fructiferum, vigen, virens facit solum,  
Inutilis putando labruscæ fibras

Vomere mellifluis Platonis ac Thomistico?

*Rus* ergo sacrum hoc excolat ter amplius

Fausstiter & Pili Sethique cernat secula.

Laudes, honos & fama, nomen & decus

Perpetuò vireant Apollinis facundi hujus!

## XIIIX.

Johannes Andreas Danzius,  
Lingg. Or. P. P. ἀναγρ.

*Heus A'vñg DEI Zonas dans.*

**H** *Heus*, bone dic quibus in terris sit talis Apollo,

*A'vñg DEI, Zonam auream*

Dogmata nempe sacra

*Dans* almæ proli Phœbi instillansque modeste?

Annon



Annon Salana Musa dat  
Talia dona bona?  
*Danzius* est inter lectas has rite Sorores  
Novemplices A'vng DEI  
Dogmata Ebræa docens.  
Annon auratis Zonis distingvit amœnam  
Sacri cohortem Apollinis  
Dogmatis multiplici?  
Heic Grajos, Arabos ac Ebræosque Syrosque  
Fontes propinat aureos  
Dogmata dia docens.  
Ipsus & interpres Legis Regisque supremi  
Sincerus esse dicier  
Jure potest merito.

XIX.

**Johannes Jacobus Müllerus,**  
Poës, P.P. ἀναγε.

*Cujus orbi lumen es? Salano,*  
PHœbaum lumen, Müller, *cujus nitet orbi*  
Inter minor sidera?  
Christiadum toti, monumentis; ore, *Salano;*  
Re vero tantum sedulis.  
Lumen es, ô vastum radios diffunde per orbem,  
*Müller! valebis optimè!*

XX.

**Georgius Albertus Hambergerus,**  
Math. P. Extr. ἀναγε.  
*Liber Argus, usu segregat orbem.*

Ham-

**H**Amberger Argus alter est,  
Et major Argus Hamberger,

Et doctior, felicior

*Hamberger* Argus alter est.

Sententiis è pluribus,

De Solis, astrorum, Soli

Salique motu proprio

Hic *segregat* probe optimam,

Quam *liber usus* dicitur.

Orbem globumque sphericum

Dimetiendo dividit

Ac explicando insigniter

*Hamberger* Argus alter est.

### *Ad Zoilum.*

**Z**oile, si bonus es, Sortem Fortemque novercas,  
Non metra damnabis. Zoile sic bonus es!



Georgius Albertus Hambergerus

Math. P. Extr. cap. 6.

Liber Argus, esse segregat orbem.

1688



Iosphi mores, qui ad hunc usque seculum  
Regula sine ulla nonnulla nonnulla  
Sic ego hunc hunc hunc, sed, omnia hunc hunc  
Le. tota hunc hunc, moribus hunc hunc  
Sicre meo hunc hunc quibus hunc hunc  
Si vis hunc hunc, hunc hunc hunc hunc  
Nulla in me hunc hunc, hunc hunc hunc hunc  
Hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc  
Hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc hunc



Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

*habo III 3996*

ANAGRAMMATICUS,

ortalibus nominibus,

*IRI*

ICI, AMPLISSIMI, EXCEL-  
P EXPERIENTISSIMI

DN.

**II VVOLFF-  
VVEDELI**

imi, Comitis Palatini Cæsare i,  
*ro denuò quintò*

**MAGNIFICI &c. &c.**

*Nec non*

**O R U M**

ORUM, MAGNIFICORUM,  
**PP. O. O. H.**

*onorum, Præceptorum,*

*rum studiorum, omni obser-  
isque cultu et atem  
erandorum.*

*iffurus posteritati,*

*XCVI. die VI. August.*

*voluit debuitque*

**YLI, Thurocio-Hung.**

**Theol. Stud.**

**is PAULI EHRICHII.**

91

